



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De aduocato priuatoru[m] seu pauperum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

- 1 Aduocati pauperum officium.
- 2 Pauperum cura habenda est.
- 3 Paupertas ubique contempta.
- 4 Aduocati publici decem ab Atheniensibus singulis annis constituebantur, qui delatos criminis defenderent.

Verum cum suprâ diximus priuatorum causas inter ipsos, & si cum hac in audientia tractari, iure institutum est, ut in eadem audientia habeant priuati a re publico aduocatum, qui * apud Patres, priuatorum partes, maximè pauperum contra fiscales aduocatos tueatur, & defendat.

A N N O T A T I O N E S.

a Aduocatum.) Curam pauperum esse habendam, cum
a Seruator noster non vno in loco predicauerit, consentaneum Pontificibus visum fuit, si Aduocati pauperum officium a re publico constituerent: sic, ut pauperes, quibus parua est pecunia, aduocatorum cupidini satisfacere non valentes, inde se sine pereant. Quod quidem ne pauperibus expediret, Deo gratum sit, nemo est, qui non videat. Nam quæ pauperibus facimus, Christo facimus, Matth. 25. Et seneratur Dominus, qui miseretur pauperis, ut Sapiens ait Proverbio. 19. Idcirco Principes huic sancto necessarioque muneri acrem summamque curam impendere deberent, hac præsertim tempestate, qua frigere charitas adeò videtur, ut vix vnum reperiri patronum possit, qui gratis (veluti iure obstringitur) patrocinium inopi prestare velit, ubique * iam contempta est paupertas.

SECVNDVS.

91

Et vt Salo. citato loco scribit, Fratres hominis pauperis oderunt eum, in super & amici procul recesserunt ab eo. Non in merito conquerebatur Ouid. lib. 3. de Arte.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.

Et idem in 1. Fastorum.

In precio precium nunc est, dat census honores,

Census amicitias, pauper vbique iacet.

Ampl. Etendum est ergo à cunctis principibus munus hoc piissimum, vt eorum in ciuitatibus illud pro pauperum defensione constituantur ad quod * Atheniensium institutum illud pertinere videtur, ab Aristotele monumentis traditum. Qui singulis annis aduocatos publicos decem sorte constituere consueuerant, qui de latos criminis defenderent. Nico. Antio. Grauius.

De Aduocato fiscali.

C A P. VIII.

SUMMARIVM.

- 1 Aduocati fiscali officium.
- 2 Aduocatus fisci primò annalis erat.
- 3 Aduocatus fisci comes appellari potest, & quoscumque praeceat aduocatos.
- 4 Procuratoris fisci munus nobile est, & simplices aduocatos praeceat.

Sequitur alter aduocatus, a qui partes fisci tueri solet, cum ipsa audientia, tum etiam extra apud alios Romanae curiae iudices, ad quos vbi opus est pro parte fisci de iure responderet, is vtrique est eiusdem consistorialis ordinis.

ANNOTATIONES.

Qui partes fisci.) Aduocatum * fisci ab Adriano Imperatore.

per a-